



Breve
commentarium
super duo vetusta
monumenta
lapidaria
Terrae Lacci
Phithecusarum
insulae

Brevi
annotazioni
su due antiche
iscrizioni
lapidarie (trovate)
in terra di Lacco
nell'isola di
Pithecusa

A fronte del testo latino di Francesco De Siano viene proposta la traduzione italiana curata da Raffaele Castagna

Pithecusarum neminem latet insulam graecis latinisque coloniis inhabitatam fuisse, in cuius rei memoriam duo existunt lapidaria monumenta, *graecum* unum, *romanum* vel *latinum* alterum, quorum heic breve adjicere commentarium existimavi. Primum igitur est

ΠΑΚΙΟC ΝΥΜΨΙΟC
ΜΑΙΟC ΠΑΚΥΛΛΟC
ΑΡΕΑΝΤΕC
ΤΟ ΤΟΙΧΙΟΝ
ΚΑΙ ΟΙ CΤΡΑ
ΤΙΩΤΑΙ

Huiusmodi graeca inscriptio saxo vulcanici basaltis impuro atque magnitudinis pedum quadratorum circiter decem incisa videtur; sed minus alte ob difficilem potius saxi duritiem: quod in clivo orientali promontorii *Vici Terrae Lacci*, & eo proprie jacet loco, quod directione regiae turri respondet, in aequali propemodum tam ab ipsa turri quam ab aequore distantia, ubi vix per angustum callem descendendi potest; sed ex parte maris *capreaie* quoque negatur adscensus.

Notis majusculis optime, imo solerter dispositis quatuor circiter pedes quadratos spatii occupantibus constat, quorum figura iuxta vetustum est ritum, nisi quod litera Σ est veluti C, ideoque antiquissimum juxta

Tutti sanno che l'isola d'Ischia fu popolata dalle colonie greche e latine e ne sono testimonianze due iscrizioni lapidarie, l'una *greca*, l'altra *romana* o *latina*, delle quali dò qui alcune annotazioni.

La prima è questa

ΠΑΚΙΟC ΝΥΜΨΙΟC
ΜΑΙΟC ΠΑΚΥΛΛΟC
ΑΡΕΑΝΤΕC
ΤΟ ΤΟΙΧΙΟΝ
ΚΑΙ ΟΙ CΤΡΑ
ΤΙΩΤΑΙ

L'iscrizione greca è incisa su un masso impuro di basalto vulcanico, della grandezza di circa 10 piedi quadrati, ma non troppo in profondità per la durezza piuttosto notevole della pietra: e si trova nel lato declive di levante del promontorio di Vico nella Terra del Lacco, proprio in un luogo in direzione della regia torre, a distanza quasi eguale sia dalla stessa torre che dal mare, dove a stento si può arrivare attraverso un angusto calle, ma dalla parte di mare l'accesso è impossibile anche per un capriolo.

L'iscrizione è formata di lettere tutte maiuscole, ben disposte nello spazio di circa 4 piedi quadrati, trascritte alla maniera antica; soltanto la lettera Σ è come C e perciò secon-

tyrrhenicam sive *oscam* graphiam; & A veluti latinum litera V vice lineolae dissectum, ut in ipso lapideo exemplari observari potest, scilicet angulatis inferius duabus internis lineolis, quae non apponuntur defectu typorum.

Primus hujus inscriptionis interpretres fuit auctor operis, cuius titulus *Delle colonie fenicie in Italia*, tom. I in 4, pag. 262 ad 263 editionis neapolitanae anni 1764, at exemplum ab antecedenti longe diversum affert, sc.

ΠΑΚΙΟΣ ΝΥΜΨΙΟΣ
ΜΑΙΟΣ ΠΑΚΥΛΛΟΣ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΥ
ΤΟ ΤΟΙΧΙΟΝ
ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΤΗ ΕΠΙΤΑΞΕΙ

Cuius in latinum translatio est

Pacius Nympsius
Majus Pacyllus
liberti
Excitarunt hoc propugnaculum
Caesaris Trajani
imperio.

Sciendum est enim hujus exemplaris & interpretationis auctorem nunquam Pithecusarum vidisse insulam, sed conjicere non potest taliter sibi a manu gypsata descriptum esse exemplar, ut minus recte etiam opi-

do la grafia *tirrenica* o *osca*; e la lettera A come il latino V tagliato con una lineetta, come si può osservare sullo stesso esemplare di pietra, e cioè con due lineette interne angolate nella parte inferiore che qui non son trascritte per mancanza di caratteri tipografici.

Il primo interprete di questa iscrizione fu l'autore dell'opera intitolata *Delle colonie fenicie in Italia*, tom. I in 4 pp. 262/3, edizione napoletana, 1764; ma viene riportato un testo di gran lunga diverso dal precedente:

ΠΑΚΙΟΣ ΝΥΜΨΙΟΣ
ΜΑΙΟΣ ΠΑΚΥΛΛΟΣ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΥ
ΤΟ ΤΟΙΧΙΟΝ
ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΤΗ ΕΠΙΤΑΞΕΙ

In latino suona:

Pacius Nympsius
Majus Pacyllus
liberti
Excitarunt hoc propugnaculum
Caesaris Trajani
imperio.

È probabile che l'autore di questa trascrizione e di questa interpretazione giammai abbia visto l'isola di Pithecusa, e non si può pensare quindi che l'esemplare sia stato messo in risalto con il gesso, come meno

nari videtur *Nicolaus Ignarra* in sua *Palaestra neapolitana* pag. 301, cum descriptor non fictum adiunctis scilicet notis, & verbis, sed potius deficiens extrahere potuisset exemplar; fictio namque interpreti debetur omnia suo aptanti modo.

Verum tamen est huiusmodi inscriptionis non esse tam facile rectum describere exemplar, varias ob causas: I. ob scabram saxi faciem nigri coloris; II. quia minus alte ob saxi duritiem incisa est inscriptio; III. ob nimis declivum saxi situm eo modo, quo extremae notae vix directe sub oculis veniant; hinc operae pretium est incisionis tingere, ut ipse advertit laudatus *Ignarra*, quod adjacentium herbarum succo fecit; sed aptior est color flavus, vel albus adhibito parvo penicillo, parvaque scala ob saxi altitudinem.

Sed quamvis inscriptionem idem *Ignarra* oculariter observasset, exemplumque omnibus adhibitis diligentibus extrahisset, minima tamen ab ejus oculis effugere, ut videre est in verbo ΝΨΜΨΙΟC quod ΝΨΜΦΙΟC descripsit, scilicet Φ per Ψ, et in verbo ΠΑΚΥΛΛΟC, quod Π. ΑΚΥΛΛΟC hoc est Π. cum puncto quoque descripsit, et pro

correttamente sembra che abbia ritenuto Nicola Ignarra nella sua *Palaestra Napoletana p. 301*, poiché il trascrittore avrebbe potuto riportare un testo non formato con l'aggiunta di lettere e parole, ma piuttosto privo di qualcosa; infatti la modifica si deve all'interprete che cerca di adattare tutto a suo modo.

Tuttavia non è facile riportare il testo esatto di questa iscrizione, per varie cause: 1) per il ruvido aspetto del sasso di colore nero; 2) poiché l'iscrizione è incisa non abbastanza profondamente a causa della durezza della pietra; 3) per il luogo troppo declive della pietra, sicché le lettere dell'estremità a stento si possono leggere; perciò è d'uopo colorire le incisioni, come dice il lodato *Ignarra*: cosa che fece coll'umore delle erbe vicine; ma più adatto è il colore giallo o bianco, usando un piccolo pennello e una piccola scala per l'altezza della pietra. Ma, sebbene lo stesso *Ignarra* abbia osservato direttamente l'iscrizione e ne abbia riportato una trascrizione accuratamente esaminata, tuttavia qualcosa sfuggì ai suoi occhi, come è possibile vedere nella parola ΝΥΜΨΙΟC che scrisse ΝΥΜΦΙΟC – Φ per Ψ – e nella parola ΠΑΚΥΛΛΟC che scrisse Π. ΑΚΥΛΛΟC cioè Π

Publio Aquila interpretavit, ut videre est in sua latina translatione, sc.

Pacius Nymphius
Publius Aquila Praefecti
(sive Praetores) &
Milites
Murum exstruxerunt.

Quae verae et genuinae inscriptioni translatio non respondet, ubi distincte legitur ΠΑΚΥΛ, ΛΟC, ut nuperrime cum clarissimis viris amicissimisque omnibus, etiam adhibitis diligentissimis, per quam clare legimus.

ΑΡΕΑΝΥΕC vero, quamvis militum praefectos spectaret, huc tamen sonat incipientes; unde verbum ΑΝΕΘΗΚΑΝ latine *imposuere* pro *posuere* est, et inscriptioni referendum videlicet:

PACIYS NYMPSIVS
MAIVS PACYLLVS ET
MILITES
MVRVM INCIPIENTES
POSVERE

Qui aptissimus et usitatissimus est modus in monumentis. Hujusmodi igitur inscriptio non post exstructum, sed post inceptum murum posita esse videtur, et Strabonis loco citato apte respondet, ubi Syracusanos a Hierone missos frequentibus terraemotibus ignisque

con il punto, e interpretò per Publio Aquila, come è dato vedere dalla traduzione latina

Pacius Nymphius
Publius Aquila Praefecti
(sive Praetores) &
Milites
Murum exstruxerunt.

Trascrizione questa che non corrisponde alla vera e genuina iscrizione, dove testualmente si legge ΠΑΚΥΛ, ΛΟC, come ultimamente abbiamo chiaramente e accuratamente letto con illustri uomini e tutti molto amici.

ΑΡΕΑΝΤΕC, sebbene indicasse i comandanti dei soldati, qui tuttavia suona “incipientes”, donde la parola ΑΝΕΘΗΚΑΝ, lat. *imposuere* per *posuere*, per cui si interpreta:

PACIYS NYMPSIVS
MAIVS PACYLLVS ET
MILITES
MVRVM INCIPIENTES
POSVERE

Modo che è adatto e molto usato su monumenti: l'iscrizione sembra pertanto essere stata fatta non dopo la costruzione, ma dopo l'inizio del muro, e corrisponde bene al luogo citato da Strabone, dove asserisce che i Siracusani mandati da Gerone, atterriti dai frequenti

eruptionibus exturbatos insulam & murum inceptum deseruisse, asserit. Hinc ipsiusmet aetas eadem ac Hieronis est, qui usque ad Romae conditae annum 513 regnavit, & 241 ante Christum natum.

Alterum, sed latinum monumentum est quod sequitur:

DIS MANIBVS
L. FAENI VRSIONIS
THVR. CONIVGI BENE
MERENTI TYCHE
LIBERTA FECIT

Praesentis inscriptionis exemplar suo proprio originali respondet; ita enim in urnae sepulcralis anteriori facie incisa iacet.

Urna vero supra clivum quemdam Terrae Lacci, ubi vulgo *arbusto* dicitur, effossa fuit, ac in vicino fratrum Carmelitarum Coenobio translata, ibi in divae Restitutae sacello conlocata est in pariete sinistro prope valvas in usum continendae aquae lustralis. Affabre exstructa videtur, atque in utroque anterioris faciei latere duo Bacchi capita auribus, cornibus, capraeque barba ad pectus usque coelata sunt; sub inscriptionis vero plano frugum, florumque cista mystica inver-

terremoti e dalle eruzioni vulcaniche, abbandonarono l'isola e il muro.

L'epoca del medesimo è la stessa di Gerone che regnò sino all'anno 513 di Roma e cioè 241 a. C.

* * * * *

La seconda iscrizione lapidaria, latina, è

DIS MANIBUS
L. FAENI VRSIONIS
THVR. CONIVGI BENE
MERENTI TYCHE
LIBERTA FECIT

Il testo di questa iscrizione corrisponde a quello originale; così infatti è inciso sulla faccia anteriore di un'urna sepolcrale.

L'urna fu portata alla luce sopra un declivio della Terra di *Lacco*, chiamato volgarmente *arbusto*, e trasportata nel vicino cenobio dei Frati Carmelitani; e qui posta nel tempietto di S. Restituta, all'ingresso nella parte sinistra, quale contenitore di acqua lustrale. Ben costruita; sui due lati della faccia anteriore sono scolpite due teste di Bacco, con orecchie, corna e barba di capra sino al petto; al di sotto dell'iscrizione appare una cesta mistica di frutta e di fiori: tutto ciò deno-

sa est, quae omnia crematum Bacchi mysteriis initiatum esse denotant.

Duo hic perpendenda videntur, sensus scilicet rei, & literalis. Ad primum spectat, ut auctoris aetas, patria, atque religio detegatur; ut apposite de hac re advertit vir apprime doctus *Antonius Genuensis lib. IV Logico Criticae, cap. VIII de arte hermeneutica, IV, can. III.*

Auctoris, sive hujus iscriptionis aetas circa Augusti videtur esse imperium tam ex ejus elegantia, quam ex Strabonis auctoritate, qui *lib. IV pag. 248 ad 49 editionis amstelodamensis anni 1707* adserit, Romanos Pithecusam a Neapolitanis possessam bello occupasse, his verbis: “*Capreas quoque Neapolitani tenuere, cum vero per bellum amisissent Pithecusas, has iis Caesar reddidit, Capreas sibi propriam faciens possessionem*”.

Hinc late paret Pithecusas Romanorum sub ditione extitisse; propterea detecta remanet tam aetas, quam scriptoris patria.

Quod Romanorum religio ritusque fuerit defunctis sacra peragere, innumerabilia comprobant vetusta monumenta, quorum magnam copiam collegerunt celeberrimi viri *Janus Gruterus, Joseph Scaliger, Bochart, Mazochius, Fabretti, Mu-*

ta che le ceneri appartenevano ad una persona iniziata ai misteri di Bacco.

Due circostanze sono qui da considerarsi, cioè il significato del fatto e il testo letterale.

Innanzitutto occorre conoscere il tempo, la patria e la religione dell'autore; come giustamente su ciò osserva il gran dotto *Antonio Genovese lib. IV Logico Criticae, cap. VIII de arte hermeneutica, § 14, can. III.*

L'età sia dell'autore che dell'iscrizione sembra sia da riportarsi all'impero di Augusto, non soltanto per la sua eleganza, ma anche per l'autorità di Strabone che (*lib. V pag. 248/9* dell'edizione 1707) così riporta che i Romani occuparono in guerra Pitecusa che era possesso dei Napoletani: “*I Napoletani tenevano anche Capri; avendo essi perduto a causa della guerra Pitecusa, Cesare restituì loro questa, per ottenere il possesso di Capri.*”

Da ciò risulta che Pitecusa era sotto il dominio dei Romani, pertanto risultano evidenti l'età e la patria dello scrittore.

Circa la religione e i riti dei Romani in onore dei defunti, si hanno moltissime antiche testimonianze, di cui gran parte raccolsero celeberrimi autori come *Giano Grutero, Giuseppe Scaligero, Bochart, Mazzocchi, Fabretti, Muratori* e tantissi-

ratorius aliique quamplurimi, de quorum historia Lipsius, Sigonius, aliique fuse; Cantelius, Codovinus, Neuportius, caeterique breviter scripsere; de quibus vide Kippingium, qui ut Nieuportii verbis utar, *Ingentem silvam auctorum veterum, recentiorum, notorum, ignotorumque absque delectu passim prae manibus habet.*

Nostra igitur sigla de qua hic sermonem facimus *Diis Manibus* dicata videtur. *Manes* enim tamquam Deos inferos habebant veteres Romani; cum Numina in superiora astris collocata, & inferiora quae inferis sunt, partirentur; haec ne hominibus noxia essent sacrificiis placabant.

Quibusdam vero placuit nomine hoc *manes*, animas dictas esse a corpore seiunctas; idcirco *Diis Manibus* vetusta sepulcrorum monumenta inscripta esse, ita sensisse videtur Apulejus (*de daemonio Socratis*): *Manes*, ait, *animae dicuntur melioris meriti, quae in corpore nostro Genii appellantur corpori renunciantes.*

Genii autem naturae dicebantur *Dii*, qui *gignendi vim haberent*. Plerique duos genios, alterum *bonum*, alterum *malum* hominibus superesse credebant, quorum primus homines ad bonum, alter ad malum impelleret; quo errore Manichaei, atque

mi altri, che ampiamente o brevemente ne trattarono: Lipsio, Sigonio, Cantelio, Codovino, Neuporzio. Si veda in proposito Kippingio che, per usare le parole di Neuporzio, ha tra le mani una gran selva di autori antichi, più recenti, noti, ignoti, senza procedere ad una scelta.

La nostra iscrizione di cui parliamo sembra dedicata agli Dei Mani. Mani erano considerati dagli antichi Romani come Dei Inferi, essendo i Numi divisi in superiori, posti in cielo, e inferiori quelli collocati negli inferi: affinché non recassero guai agli uomini erano placati con sacrifici.

Con il nome di *Mani* erano dette anche le anime separate dal corpo: perciò agli Dei Mani si riferiscono molte iscrizioni sepolcrali, come ci riferisce Apuleio (*de daemonio Socratis*): *Mani* - dice - *sono dette le anime meritevoli, che nel nostro corpo sono dette Genii rinuncianti al corpo.*

I Genii della natura erano detti Dei che avevano il potere di generare. Molti credevano che negli uomini fossero presenti due genii, l'uno del bene, l'altro del male, dei quali il primo verso il bene, il secondo verso il male spingevano gli

noster divus Augustinus decepti fuere. Ii igitur sunt, qui in sepulcrorum monumentis *Dii Manes* adpellantur, quibus post mortem cremationis sacrificia dicabant, ut sicuti hominibus ab ipsa supererant conceptione, ita pariter sepulcris post obitum superessent; vide Ciceronem II *de Natura Deorum*. *Manes*, & *Genii* idem sonant, nam *manes* ab antiquo adiectivo *manus*, hoc est *bonus*, per antiphrasim sunt. Sumuntur etiam *manes* pro animi pathematibus, ut est illud Virgilio: *Manes quisque patitur suos*.

*Diis manibus affines fuere Diis penates & Lares. Penates dicti fuere, quia in penitissima aedium intimaque parte ubi *penus* adservabatur, colebantur. Lares vero dicuntur ab etrusca voce *lar*, quae principem sive praesidem notat; unde in urnis aliquando *Diis Penatibus*, vel *Laribus* pro *Manibus* epitaphia inscripta reperiuntur; ita Cicerone *de natura deorum*, et Festo, ex quibus longa de his historia habetur. Iisdem cremationis sacrificia dicata videntur religionis intuitu, iuxta illud Ovidii III *Tristium*.*

Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis / Sentiet offi-

esseri umani. In questo errore furono tratti i Manichei e il nostro S. Agostino. Questi sono dunque quelli che nelle iscrizioni sepolcrali sono chiamati Dei Mani, ai quali dopo la morte dedicavano sacrifici, affinché, come gli uomini vivevano dal momento della concezione, così parimenti i sepolcri potessero superare la morte (vedi Cicerone - *De natura deorum*, II). *Mani* e *Genii* si identificano; infatti i mani derivano per antifrasi dall'antico aggettivo *manus* = *bonus*. *Mani* sono considerati anche i patemi d'animo, come quel detto di Virgilio: *Ciascuno soffre nei suoi mani ciò che ha meritato* (Eneide 6, 743).

Agli *Dei Mani* sono affini gli *Dei Penati* e *Lari*. Furono detti *Penati*, poiché venerati nella parte più interna (*penitus/a/um*) e intima della casa dove sono conservati i viveri. *Lari* dalla voce etrusca *lar* che indica un principe o un capo; per cui sulle urne si ritrovano anche le scritte *Diis Penatibus* o *Laribus* al posto di *Manibus*. Così Cicerone (*De natura deorum*) e Festo che molto discutono su questo, come pure Ovidio (*Tristium*, III):

Sebben il fuoco trasformi il corpo in cenere, la triste fiam-

cium moesta favilla pium.

Corporis autem crematio post mortem fiebat pyris facillime ignem concipientibus, circumpositis cupressis, mortis symbolum repraesentantibus (quia semel recisae nunquam reviviscunt) pretiosioribus liquoribus conspersis. Conjuges vero, propinqui, caeterique consanguinei more ritumque cremationis thure atque aromatibus utebantur; praeterea in extremi doloris signum comas suas detonsas in rogam mittebant; bustum denique, sive cadaver crematum et in cinerem redactum in urna includebatur, urna vero cum inscripto titulo *Diis Manibus* aut *penatibus* vel *laribus* dicto, et rei memoriam continente, tumulo deponebatur, sive sepulcro, cui fere alius inscribebatur titulus, videlicet *S. T. T. L. hoc est sit tibi terra levis*. Tumulis quoque munera offerebant ad placandas animas, vel potius *Deos manes*, ut *Ovidius II Tristium*:

Est honor et tumulo animas placare paternas, / Parvaeque in exstructas munera ferre pyras. / Parva petunt Manes. Pietas pro divite grata est / Munere. Non avidos Styx habet ima Deos .

His igitur circa auctoris religionem observatis, remanet ut

ma ha coscienza del pio ufficio.

La cremazione del corpo dopo la morte era fatta su roghi facilmente infiammabili, formati con cipressi che rappresentavano il simbolo della morte (poiché una volta recisi non rinascono) e cosparsi di preziosi liquori. Parenti, amici e altri consanguinei, come era usanza e costume, si servivano di incenso e di aromi: inoltre, a prova del grande dolore si tagliavano i capelli e li gettavano sul rogo; il corpo infine, ossia il cadavere cremato e ridotto in cenere chiudevano in un'urna e questa, che recava un'iscrizione dedicata agli Dei Mani, o Penati, o Lari, e recante il ricordo dell'evento, era deposta in un sepolcro, sul quale a volte veniva anche scritto *S. T. T. L.* e cioè *sia a te leggera la terra*. Nei tumuli erano posti anche doni per placare le anime, gli dei Mani, come *Ovidio* (*Tristium*, II):

Giova placare le anime paterne nel tumulo e portare piccoli doni sulle pire consumate. Poco chiedono i Mani. La pietà è gradita più che un ricco dono. L'imo Stige ha dèi non avidi.

Chiariti questi punti circa il sentimento religioso dell'auto-

inscriptionis sensum literalem inquiramus.

Diis Manibus sequitur

L. FAENI URSIONIS THUR, ubi L. cum puncto legi debet *Lucii*- quod praenomen est personae distinctivum. Romani enim nobiliores tribus fere utebantur nominibus, praenomine nempe, nomine et cognomine, et interdum etiam quarto, hoc est agnomine. Primum erat personae distinctivum, quod singulis conveniret: secundum stirpis, vel gentis: tertium erat familiae proprium, quod singulis familiis tribueretur; quartum denique ab eventu aliquo impositum erat, et posteros etiam sequebatur; ita ex *Scipionibus* alter *Africanus* ex devicta Africa, alterque *Asiaticus* ex devicta Asia &c.

FAENI stirpis nomen videtur esse, quod in antiquioribus monumentis passim reperitur, vide *Janum Gruterum in sigla CLXXXIX*.

URSIONIS cognomen est familiae proprium; quod saepe saepius ex antiquioribus siglis erui potest; vide *Janum Gruterum pag. 590 sigla DXCIX*, ubi legitur URSIANUS; et in sigla DCCLXXII, ubi invenitur URSINIANUS, quae cognomina cum URSIONE nostro convenire videntur, ex qua familia forsitan derivatur, quae hodie dici-

re, occorre illustrare il senso letterale dell'iscrizione.

All'espressione *Diis Manibus* segue

L. FAENI URSIONIS - L. con il punto si deve leggere *Lucii*, che è il prenome distintivo della persona. Infatti i Romani più nobili usavano tre nomi, e cioè prenome, nome, cognome, e talvolta anche un quarto, cioè il soprannome. Il primo era il segno distintivo e individuale della persona; il secondo della stirpe, della gente; il terzo quello proprio di famiglia, della singola famiglia; il quarto veniva tratto da un certo avvenimento e veniva trasmesso anche ai posteri, così degli Scipioni uno era chiamato *Africano* per aver sottomessa l'Africa, un altro *Asiatico* per la guerra contro l'Asia.

FAENI sembra essere il nome della stirpe, che qua e là si trova su monumenti più antichi: vedi Giano Grutero (sigla CLXXXIX).

URSIONIS è il cognome proprio della famiglia, che molto spesso può risultare cancellato dalle sigle più antiche; vedi Giano Grutero pag. 590, sigla DXCIX, dove si legge Ursianus, e nella sigla DCCLXXII, dove si trova Ursinianus, cognomi che sembrano avvicinarsi al nostro *Ursione*; da questa famiglia sembra che derivi quel-

tur URSINA.

THUR. cum puncto legendum est Thurii, quod *Lucii Faenii Ursionis* est agnomen ex aliquo forsitan in *Thurio* eventu adquisitum, scilicet vel ex victo Thurio, vel ex colonia illuc adlata derivatum.

Plinius Thurium oppidum esse perhibet inter duos amnes *Crathim* et *Sybarim* positum, ubi urbs eiusdem nominis dicta fuit. At *Diodorus Siculus* lib. XII, cap. IX ait, urbem *Sybarim* luxu perditam *Crotonienses* evertisse, *Athenienses* vero restituisse in alium propinquum locum, et a fonte ibidem reperto, cui nomen *thurium*, vel *thuriam* dictam esse; ubi *Livius* lib. XXXIV cap. 52 refert Romanos deduxisse coloniam: *Strabo* vero vult *Thurios* a *Tarentinis* adflictos ad Romanos confugisse, uti videre est lib. VI pag. 263: et ex *Cicerone* IX, *atticarum*, epist. XIX, si *Puteolis*, ait, erit difficile *Crotonem* petemus, aut *Thurion*.

TYCHE tandem nomen videtur esse libertae proprium, quae debuerat esse factitia: nam libertae et liberti servi erant manumissi, qui nomen proprium non habebant, sed domini; servitudo enim, aut erat naturalis, aut factitia.

Ex hac igitur sepulcrali inscriptione eruitur, TYCHE LU-

la che oggi si chiama Ursina.

THUR. con il punto si può interpretare *Turio*, soprannome di *Lucio Fenio Ursione* per un evento in Turi, cioè o da un vinto Turio o da una colonia là portata.

Plinio parla di un presidio Turio posto tra i due fiumi Crati e Sibari, donde il nome della stessa città.

Ma *Diodoro Siculo* lib. XII, cap. IX, dice: *I Crotonesi distrussero la città di Sibari perduta nel lusso e gli Ateniesi la riedificarono in altro luogo vicino, chiamandola TURIA da un fonte ivi sgorgante di nome Turio.*

Livio (lib. XXXIV c. 52) riporta che i Romani vi stabilirono una colonia; *Strabone* riferisce che i Turii per difendersi dai Tarentini chiesero aiuto ai Romani (lib. VI p. 263); e *Cicerone* (IX Atticarum, ep. XIX): "se sarà difficile verso Pozzuoli, ci dirigeremo verso Crotona, o Turio".

TYCHE infine sembra essere il nome della liberta che aveva dovuto essere affrancata; infatti le liberte e i liberti schiavi una volta affrancati non portavano il loro proprio nome, ma quello del padrone; la schiavitù infatti era o naturale o fittizia..

Dunque da questa iscrizione sepulcrale si evince che *Tyche*,

CII FAENI URSIONIS THURII libertam, suum defunctum conjugem cremasse, Diis manibus dicasse, et ita suo benemerenti monumentum posuisse.

FINIS

liberta di Lucio Fenio Ursione Turio, cremò il suo defunto coniuge, lo dedicò agli Dei Mani e così pose questo monumento al suo amato.

Fine